

Oratio obliqua

RHH §§ 193; 264

NM §§ 470-472; 82-86; 455

cum [...] in Ciliciam proficiscens venissem Athenas, [...] [philosophos audivi, qui] de officio et de ratione oratoris disputaba[n]t. [...] Mnesarchus, hos, quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata; oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem, atque ipsam eloquentiam, quod ex bene dicendi scientia constaret, unam quandam esse virtutem, et qui unam virtutem haberet, omnis habere easque esse inter se aequalis et paris; ita, qui esset eloquens, eum virtutes omnis habere atque esse sapientem. [...]

Charmadas [...] significabat, eos, qui rhetores nominarentur et qui dicendi praecepta traderent, nihil plane tenere neque posse quemquam facultatem adsequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset.

Menedemus [...] [dixit] esse quandam prudentiam, quae versaretur in perspicendis rationibus constituendarum et regendarum rerum publicarum. [...] omnis enim partis illius ipsius prudentiae petendas esse a philosophia docebat neque ea, quae statuerentur in re publica de dis immortalibus, [...] ceteraque [...] usquam in eorum inveniri libellis. (de orat. 1,82-85)